



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt XLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

aut toleratur ab alia voluntate, aut cupiditate, aut ab alio amore, quàm à Dei voluntate & amore: id est, & fit sine Deo, & contra Deum: est que etiam contra Dei opus, & omnino peccatum est.

CAPVT XLVI.

*Fides pa
rit scien
tiam.*

*Mar. 16
d.*

Dixit Christus: Qui non credit, aut credere vult aut potest, is damnatus & perditus est. hoc certè verum est. Nam qui homo venit in hanc vitam, nō habet scientiam, nec potest ad scientiam venire, nisi prius credat: & qui scire vult antè quàm credat, nunquā, venit ad verā scientiam. Non sunt hæc accipienda de capitibus Christianæ fidei: hæc enim omnes, & vnusquisque Christianus homo vulgi credunt, fontes equè ac infontes, mali æquè ac boni. Hæc credenda sunt: alioquin ad eorum cognitionem perueniri non potest. Intelligenda sunt hæc de veritatis negotijs, quæ sciri possunt, & inueniri. Hæc credenda sunt antè quàm sciantur aut inueniantur, alioquin nunquā ad verā scientiam peruenitur. De hac fide loquitur Christus.

C A=